



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 39. Ex clausis viarum aditibus seditio Parisiis orta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

ptas purgaret: insuper paratum se dice- **Sæcul. XVI.**  
bat, quod arbitrio ipsius Regis, & be- **A.C. 1588.**  
ne erga religionem animatorum Proce-  
rum stare velit.

Verum rex suam indignationem dis-  
simulans Ducem a se dimisit, hoc addi-  
to, si omnes calumnias ipsi impactas  
omnino purgatas cuperet, daret ope-  
ram, ut facta verbis responderent.

§. XXXIX.

*Ex clausis viarum aditibus seditio  
Parisiis orta.*

Evoluto temporis spatio Rex omnes **Spond. hoc**  
exterios Parisina urbe excedere jube- **ann. n. 3.**  
bat, cunctasque aedes perlustrari para- **Thu. l. 90.**  
bat: ast incolis sese huic mandato oppo- **Davil. l. 9.**  
nentibus concubia nocte quinque, vel **p. 599.**  
sex partim Helvetiorum, partim Gallo-  
rum millia ad urbem advocandi ansam  
arripiebat, atque in variis urbis locis  
collocare statuebat: verum hæc ipsa Re-  
gis circumspectio, qua suæ securitati  
prospectum iri credebat, seditionis clas-  
sicum erat; altera enim die duodecima  
Maji Parisini horum militum adventu  
obstupefacti catenas per urbis vias ten-  
dere, dolia, ac pluteos ad obstruendos  
platearum aditus adinovere, & saxa,  
lapidesque ad domorum fenestras com-  
portare, cunctaque omnis generis ar-  
ma ad suam defensionem parare cœpe-  
runt.

Nn 3

runt.

Sæcul. XVI  
A. C. 1588.

runt: insuper ab illis in plateis e pavimento silices evelluntur, ac ingentibus lignorum plaustris, necnon dolis fabulo, ac fimo repletis viarum aditus intercluduntur, omniq[ue] ex parte cum tanta animi promptitudine ad regios opprimendos desudatum, ut die ad meridiem nondum inclinata in singulis plateis ejusmodi impedimenta ubique ereta, ac milite munita cernerentur, ea que nonnisi quinquaginta passibus a Luperæ Palatio distarent.

§. XL.

*Guifius Dux sedatis Parisinis Regis copias ab internacionis periculo eximens.*

Davil. l. 9.  
Thuan. l. 90.

Cum ergo Regis copiæ hac ratione undique interclusæ hærerent, nec progredi, nec regredi possent, certo exponebantur periculo, ne lapidibus, qui in eas ex omnibus fenestris projicerentur, oppressæ, aut Scloporum quos cives hisce repagulis tecti impune exploderent, ictibus prostratæ perirent, nam jam plures, ac sexaginta Helvetii occubuerant, cum opportune Guifius Dux, qui in suo diversorio hucusque subsistebat, cum urbem suæ potestati relictam, ac milites, aut captos, aut armis spoliatos, imo ipsum etiam Regem